accepta fuerit de loco sacro opꝫtet ꝙ exꝓmat̃ dicēdo. accepi il
lud de eccl'ia vel de tali loco. Nō em̄ sufficit dicere. peccaui
cū mľiere. imo opꝫtꝫ ꝙ exꝓmat̃ si sit cōiugata vľ virgo vľ cō
sanguīea vľ religiosa. ⁊ sic de alijs. De circūstātijs āt agḡuā
tibꝫ sꝫ nō mutātibꝫ spēꝫ pcti ē diuersitas int̃ doc. Nā q̇dā di
cūt ꝙ tenēt̃ de nccitate. Alij aūt dicūt ꝙ nō sunt de nccitate
ꝯfitēde. Est tñ mľtū ꝯgruū ⁊ vtile ꝙ ꝯfiteāt̃. ⁊ ħ maxie viris
ꝑfectis et intelligētibꝫ. ⁊ credo ꝙ ꝯfessores dn̄t int̃rogare de
hmōi circūstātijs. et potissime simplices. de ħ tñ magꝭ dicet̃
infra. De circūstātijs aūt alleuiātibꝫ dicūt doc. ꝙ nō dn̄t cō
fiteri nisi forte int̃rogent̃ ab eis. Ex ꝓdictis patꝫ quō tā pec
cata veīalia ꝗꝫ mortalia sunt ꝯfitēda. Que aūt sunt peccata
mortalia dicet̃ īfra qñ aget̃ de interrogatōibꝫ fiēdis in ꝯfessi
one. qꝛ si ponerēt̃ hic opꝫteret iteꝝ ponere ibi.

## Qualis debꝫ esse cōfessio Cap. VI.

Ad sciēdū q̄lis dꝫ esse cōfessio Notādū ꝙ Dauid ī se-
cūdo psalmo penitētiali: q̇ ē tricesim⁹ ī ordine ponit
sūmarie ꝯditōes ꝯfessiōis dicēs. Dixi ꝯfitebor ad-
uersuꝫ me īiusticias meas dn̄o. ⁊ tu remisisti īpietatē pecca-
ti mei. Ubi īnuit ꝙ ꝯfessio dꝫ esse ꝑmo p̄meditata. ideo dicit
dixi. i. ī corde meo disposui. Scd̄o dꝫ esse apta ñ palliata. iō
dicit. cōfitebor. i. nō tacebo ⁊ nō palliabo: nō excusando nec
defendēdo me. Tercio dꝫ esse accusatoria. iō dicit. aduersuꝫ
me. i. ꝯ͞ me ñ excusando ⁊ defēdēdo me. Quarto dꝫ esse vecū
da. iō dic̃ īiusticias. i. pctā de q̇bꝫ hō verecūdat̃. Quīto debꝫ
esse ꝓp̄a. iō dic̃ meas: non alienas. Sexto dꝫ esse meritoria.
Nā seq̇t̃. ⁊ tu r̄misisti īpietatē pctī mei. Ut aūt magꝭ ꝑticula
riter ꝓcedam⁹ notādū ē ꝙ ꝯfessio ad ħ ꝙ ꝓficiat dꝫ hr̄e. xvi.
ꝯditōes q̄ ī his versibꝫ ꝯtinēt̃. Sit simplex hūil' ꝯfessio pu
ra fidel'. Atqꝫ freq̄ns nuda discreta libens verecūda. Integ̃
secreta lacrimabil' accelerata. Fortꝭ ⁊ accusans ⁊ sit parere
ꝑata. Pria g̃ cōditio ē ꝙ sit simplex. Simplex dr̃ q̄si sine pli
ca. vñ ꝯfessio dꝫ esse sine plica alicui⁹ falsitatis. ita ꝙ nō tace
at̃ veꝝ nec admiſtret̃ falsum etiā hūilitatis causa. vñ Aug⁹.
Cū h ūilitatis causa mētirꝭ si nō eras pctōr añꝗꝫ mētiebaris

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-548/0150
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG